

147

de guerra



tres, Sóbrij estôte. *ψ.* Adjutó-
rium nostrum. *P*ater noster. &
facta Confessione & Absolutio-
ne dicitur ψ Convérte nos Deus.
ψ. Deus in adjutórium. *G* lória
Patri. & *amplius non dicitur.*
Laus tibi Dómine, Rex æternæ
glóriæ. *sed ejus loco deinceps*
dicitur. Allelúia.

Deinde sine Antiphona dicun-
tur Psalmi consueti. Capitulum,
ψ. & Hymnus non dicuntur.

Ad Nunc dimittis Antipho-
na. Véspere autem sábbati.

Canticum Simeonis. Luca. 2. e

Nunc dimittis servum
tuum Dómine, * secún-
dum verbú tuum in pace:

*Q*uia vidérunt óculi mei * salu-
täre tuum,

*Q*uod parásti * ante fáciem óm-
nium populórum.

*L*umen ad revelatióem Gén-
tium, * & glóriam plebis tuæ
Israël.

G lória Patri, & Fílio.

Antiph. Véspere autem sábbati,
quæ lucéscit in prima sábbati,
venit Mariá Magdaléne, & álte-
ra Mariá vidére sepúlchrum,
allelúia. *ψ.* Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Oratio.

Visita, quæsumus Dómine,
habitatióem istam, & om-
nes insidias inimíci ab ea longè

repélle: Angeli tui sancti hábi-
tent in ea, qui nos in pace cu-
stódiant: & benedíctio tua sit
super nos semper. Per Dómi-
num nostrum Jesum Christum
Fílium tuum: Qui tecum vivit
& regnat.

ψ. Dóminus vobíscum. *℞.* Et
cum spíritu tuo. *ψ.* Benedicâ-
mus Dómino. *℞.* Deo grátias.

Benedíctio. Benedícat, & cu-
stódiat nos omnipotens & mi-
séricors Dóminus, Pater, &
Fílius, & Spíritus sanctus.

℞. Amen.

Antiphona.

Regína cæli lætâre, allelúia,
Quia quem meruísti por-
târe, allelúia.

Resurréxit, sicut dixit, allelúia.

Ora pro nobis Deum, allelúia.

ψ. Gaude & lætâre virgo Mariá,
allelúia. *℞.* Quia surrexit Dómi-
nus verè, allelúia.

Oratio.

Deus, qui per resurrectiô-
nem Fílij tui Dómini no-
stri Jesu Christi mundum lætifi-
câre dignâtus es: præsta quæsu-
mus, ut per ejus genitrícem vír-
ginem Mariám, perpétuæ capiâ-
mus gáudia vitæ. Per eúndem
Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Et non flectuntur genua toto
tempore Paschali.